

10. In Liturgiis quæ tanquam antiquissimæ laudantur et afferuntur in probatione dogmatis, precatur ut defunctus *a pœnis inferni, a profundo lacu, ab ore leonis liberetur.*

Quomodo haec liturgiæ citantur eeu ostendentes manifeste Ecclesiæ sensum de purgatorio?

20. Si primi Christiani pro mortuis orarunt, id factum est, non ut mortuos iuvarent, sed ut gratum erga nos animum testarentur, vel ut viventibus afferrent solatium. Ergo.

30. Id indultum fuit Christianis recens ad fidem conversis quod id erat mos ethnicorum ut suis parentarent. Ergo.

Cur dicit Jesus mulieri Samaritanæ (Joan. 4, 22):
“ *Vos adoratis quod nescitis* ”?

MENSE OCTOBRI

(*Secretarii electio fit per tabellam.*)

Parochus Theotimus a pravis hominibus insimulatus et de multis etiam falso accusatus, haec ægre patiens, ac consiliis quorumdam amicorum impulsus et forte vindicta exagitatus, inimicos pessimare molitur, sub praetextu bonum nomen servandi; idecirco confugit in vulganda et exaggeranda inimicorum vitia, et nihil omittit quin illos ex parochia expellat. Illos praeterea calumniae criminatur, quamvis sciat plurima quæ sibi objiciuntur esse vera et illis male precatur.

Quæritur quæ Theotimo licita sint ut vindicet suam existimationem? Potestne absolute negare quæ vera sunt?

Ad quid tenetur propter excessus in loquendo? quoad damna optata vel illata iisdem iuimicis?

Quænam existebat controversia Judaeos inter et Samaritanos quoad locum in quo offerri debebat publicus cultus?